



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Filij Dei dicu[n]tur tria genera ho[m]i[n]um.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

eo a peccato cauendo, quia Dominus sanctificauit eum. Exo. Benedixit Dominus diei sabbati, & sanctificauit eum. Et Gen. 2. & Hier. 17. Sanctificate diem sabbati. Quartum est, ut utilitati animae intendamus, spiritualia opera faciendo.

Exo. 20  
Gen. 2.  
Hier. 17

*Filij Dei dicuntur tria genera hominum.*

**I**nimicorum dilectores. Matt. Diligite inimicos uestros, &c. Ut sitis filij patris uestri, qui in caelis est. Et Augustinus. Qui dilexerit inimicos, hic erit Dei altissimi non solum amicus, sed & filius. Secundo, Discordantium pacificatores. Ecclesiasticus. In iudicando esto pupillis misericors ut pater, & pro uiro matri illorum, & eris tu uelut filius altissimi, &c. Tertio, pacis amatores. Vnde dicebat Saluator noster. Beati pacifici quoniam filij Dei uocabuntur.

Mat. 15  
August.  
Ecc. 4.  
Matt. 5

*Fornicationis uitium fugiendum est propter quatuor.*

**P**rimo, quia Deo displicet; homo enim domus & templum Dei est, secundum Pauli sententiam.